

quo mens *VESTRA* est imbuta, re-  
creatus iam dudum fui atque iussui  
insuper venerando, tamquam sub-  
iectissimus civis, obedientiam in ex-  
colendis litteris & cum primis per-  
cipiendis discipline diuinius par-  
tibus prestiti, eo quidem consilio, ut  
ad sanctissimum cultum Deo, patrie  
carissimæ hominibusque cunctis, qui-  
bus cum viuo, ex animo exhiben-  
dum redderer idoneus. Quam ob  
causam mearum quoque duxi esse  
partium, ut libellum hunc levissi-  
mum in lucem prolaturus & studio-  
rum meorum rationem & obsequii  
pietatisque debite ederem documen-  
tum. Et profecto quum beneficen-  
tiam illam eximiam, qua *DOMVS*  
*WERTHERIANA* amplissima in  
tenerrimæ ætatis annis me ornauit,  
in memoriam adhuc reuoco, non pos-  
sum,